



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntaxis Joa[n]nis Despauterij Niniuit[a]e Berga[rum] diui  
Guinnoci ludimagistri**

**Spauter, Johannes de  
Argentorati, Anno, M. D. XV.**

De exercitatione, arte & lectione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70853)

Itam his qui omiſſa rerū (qui nerui ſunt in cauſis) diligētia quodam inani circa uoces ſtudio lenefeūt, idq; faciūt graſia decoris, quod in dicēdo mea quidē opinione pulcherrimū, ſed quū ſequi nō quū af ſeētatur. Hęc a ſiſtitudine corporū, pbat Fabius, & tandē inſert. Curā ergo uerborū rerū uolo eſſe ſollicitudinē. Cōtra eos q anxie loquū tur ait. Sed opus eſt ſtudio & pcedente, & acqſita facultate, & quaſi reposita. Nāq; illa quęrendi, iudicandi, cōparandi, anxietas dum diſ ſcipus adhibēda eſt, nō quū dicimus. his Quintiliani uerbis conten tanea eſt ſentētia Ciceronis li. i. de ora. quā Gellius etiā ponit lib. i. ca. xv. Quid em̄ (inquit) tam furioſum, q̄ uerborū uel opūmorū atq; ornatillimorū ſonitus inanis, nulla ſubieēta ſentētia nec ſcientia. Ca ſtritus quoq; thetor (ut ait Gel. li. xi. ca. xii.) uenuste dixit. Ne patiaſ mur ut aures noſtrę cadentis apte orōnis ſine grauitate ſententię & graſia modis eblādite, animū quoq; nobis uoluptatū inani pfūdāt.

## De uocabulis antiquis.

De antiq; Quintili. li. viij. ſic ait. Obscuritas ſit etiā uerbis ab uſu res motis, ut ſi cōmentarios q; pontificū & uetullillimorū ſœdera, & exoletos ſcrutatus authores idipm petat, ex hiſq; inde contraxerit q non intelligūtur. hinc em̄ aliq; famā, eruditōis affectāt, ut quędā ſo li ſcire uideātur. In eodē lib. At puaſit quidē iam multos iſta perſua ſio, ut id iam demū elegāter atq; exquisite dicū putēt, quod interp̄ tandum ſit. Suffragat Gellius Quintiliano, ait em̄ ca. viij. lib. xi. Ver bis uti aut nimie abſolutis exculcatifq; aut inſententibus, nouitatifq; durę, & illepidę par eſſe delictū uidei, ſed moleſtius culpantq; eē ar bitror uerba noua incognita, inaudita dicere q; imulgata & ſorden tia, noua aut uideri dico etiā quę ſunt inuſitata & deſita, tamen ſi ſint uetulla. Declarat hęc Gel. per apludā, floceſ, fraceſ, & bouinator. In terim tamē antiquis utimur cū graſia, dum nō ſint doctiſſimis igno ta. nam ait Quintili. li. viij. Proprijs dignitatē dāt antiquitas, namq; & ſanctiorē & magis admirabilē faciūt orationē, quibus non quilibet fuerat uſus, ſed idem in. i. li. de eiſdē dicit. Opus eſt modo ut neq; crebra ſint hęc, nec manifeſta, quia nihil eſt odioſius affectatōe. idem li. viij. Prima uirtus eſt uitio carere. Huic ſentētię, ſuffragat illud Ho ratianū. Virtus eſt uitū fugere, et ſapiētia prima Stultitia caruiſſe.

## De exercitatione, arte &amp; lectione.

De exercitatione ait Quintili. lib. i. hęc ipſa ſine doctore perito, ſtus dio pertinaci, ſcribendi, legendi, dicēdi, multa & continua exercita tione per ſe nihil ualēt. De arte. ſic ait eodē lib. Si qua in hiſ ars eſt di ſcendi, ea prima eſt ne ars eſſe uideat. De lectione. li. x. Lectio inqt nō

Ioannis Despauterij Niniuitæ.

cruda, sed multa iteratione mollita, & uelut cōse cta memorię imitaz  
tioniq; tradatur ac diu nō nisi optimus quisq; et qui credentem sibi  
minime fallat, legendus est. Et tantulū de constructione & epistolaz  
rum compositione, si qua uidebunt hic abesse spero me alibi dicturę  
tamen non omnia, quia nemo unus uenator omnes feras capit, &  
uerbū celeberrimi Columellę est, Nulla est ars quę singulari cōsum  
mata sit ingenio, & authore Flacco nostro, nihil est ab omni parte bea  
tum, in hac. s. lachrymarū ualle, unde nos ad cœlum euehat ipsa per  
fectio, deus noster iesus christus Amen.

Secundę par̄tis grāmaticę Despauterianę finis.

Argentorati ex Aedibus Matthię Schurerij  
Mense, IULIO. Anno, M. D. XV.

*Libri Societatis I. & S. Paderbornæ*

REGNANTE IMPERATORE CAE  
SARE MAXIMILIAN. P. F.  
AVG. P. P.